

(1280) 1281, gener, 5

*Arbert de Sant Pere d'Osor defineix a Cecília de Foixà, priora i infermera de Sant Daniel, els seus drets sobre un mas de Salitja, per raó d'un llegat fet a la seva esposa Ermessenda per Ermessenda de Portella, per 15 sous.*

ASD núm. 250, perg. orig., 420 x 225 mm.

Nouerint uniuersi quod ego Arbertus de Sancto Petro de H[os]or Uicensis diocesis, ex parte mea et Ermessendis 'uxoris mee que fui t nutrita domine Ermesendis de Portella et consueuit uacari Ermessendis de Prato, et omnium heredum et successorum nostrorum, diffinio penitus et remito uobis domine Cecilie de . Fuxano, priorisse et infirmarie monasterii Sancti Danielis et eidem monasterio perpetuo et illis que tenuerint pro tempore curam eiusdem, omnes acciones, questiones et demandas quas ego uel predicta uxor mea ullatenus habemus aut alius pro eadem, aut habere possumus aut debemus racione uel occasione donacionis quam dicta domina Ermessendis de Portella fecit iamdicte Ermessendi de Prato uxori mee de ducentis solidis barchinonensibus de temo, pro quibus obligauit sibi et assignauit omnia bona sua et iura, et specialiter mansum suum quem habebat in parrochia de Seliya cum pertinenciis suis, ut in instrumento inde confecto .v. kalendas iunii anno millesimo .ec. septuagesimo scripto per manum Berengarii Oliuerii, publici Uitrariarum notarii et subscripto per manum Amalli Moreni presbiteri lacius continetur; ita uidelicet quod numquam de cetero, racione uel occasione donacionis uel obligacionis predictae possit contra uos uel illas que tenuerint de cetero locum uestrum uel contra predictum monasterium aliqua questio uel demanda siue acci o moueri uel etiam aliquatenus in ten tari a me uel pro dicta uxore mea uel ab aliquo alio uice sua, imo sitis inde libere et immunes ac penitus absolute, et ego ex parte mea et ipsius uxoris mee absoluo inde uos et predictum monasterium prou t melius et lacius ac utilius ad uestram utilitatem et commodum dici potest, faciendo inde uobis bonum et irreuocabilem finem ac etiam monasterio antedicto, et firmum ac sincerum pactum reale et personale de non petendo, et michi ac predictae uxori mee et nostris super premissis omnibus imponendo silentium sempiternum; et promito uobis quod si dicta uxor mea uel alius pro ea inde uos uel dictum monasterium de cetero conuenerit, quod ego ponam me ante uos et inde seruare penitus uos indempnes in iudicjo et extra iudicium et ubicumque et etiam me facturum et curaturum quod predicta uxor mea firmiter et expresse approbet huiusmodi instrumentum, et nisi faceret et propter hoc uos uel dictum monasterium sustineretis dampnum aliquod uel grauamen aut etiam interesse, ea omnia uobis promito in integrum resarcire, obligando inde uobis me et omnia bona mea et iura ubique habita et habenda. ,Et propter hoc confiteor me a uobis habuisse quindecim solidos barchinonenses de terno, renunciando excepcioni pecunie non solute, et si amplius inde nobis competit, illud totum ex parte mea et predictae uxoris mee uobis dono donacione irreuocabili inter uiuos, renunciando illi iuri quo deceptis ultra dimidiam iusti precii subuenitur.

Actum est hoc norris ianuarii anno Incarnacionis Christi millesimo .ec. octuagesimo.

Sig+num Arberti predicti, qui hoc firmo et concedo. Huius rei testes sunt Berengarius de Cistella, clericus Gerundensis, Berengarius Mireti, clericus Sancti Danielis et Barrerius Egiterii, vacherius de Gerunda et filius eius Petrus. Sig(s. man. )num Romei Arberti, rectoris ecclesie Sancti Petri de Auro, in cuius posse et manu domina Ermessendis, uxor dicti Arberti: hanc cartam firmauit et omnia que continentur in ea, presentibus testibus scilicet Petrum de Prato et Bernardum de Camatosa, uicini dicte uille, .VI. kalendas februarii anno Domini .Mec. octuagesimo secundo.

Ego Raimundus Ollarii (s. man.) de Palaciolo, notarius curie domini episcopi Gerundensis, hoc scripsi.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 514-515